

Vg.
5581

W
L
NAT

Solen

A Pa

BALT

Qua

Typis

Gr. 195. (29)

V
g
5581

LUTHERU
NATUS, DENATI

IN


*Solenni panegyri Acade-
miæ Jenensis*

A Papicolarum calumniis
strictim vindicatus;

D. XIII. Augusti,

à

BALTHASARE GUALTHERO
S. Lingg. Prof. Pub.



Qua accessere, Versa pagina indicabit.

J E N Æ

Typis JOHAN. BEITHMANNI,

A. M ∞ 13 CXIIX.



Indiculus content. in hoc
Opusculo.

- I. In Praefatione Petri Roesti Theologi Jesuvviti in nova Acad. Molsheimensi calumnia de Lutheri parentibus natiuitate baptismo morte & sepultura dispelluntur.
- II. Discursus de Luthero nato & de nato publicè institutus D. 13. Aug. in solenni panegyri.
- III. Epistola lectu dignissima V. C. L. Petri Mosellani quondam Profess. Lipsiensis de Colloquio Lipsiensi inter Lutherum & Eccium ANNO 1519 opposita ejusdem Roestii calumniae
- IV. Historia de morte & sepultura Lutheri à Justo Jona & M. Celio concinnata.



Reverent

Rever

Do. adeo B.

Do

Gra



tamin
6. 7. Q
faluber
Martia
culos f
bus D
tempo

V. V.

*Reverendis - plurimum , Magnificis
Nobilissimis*

Do. DECANO, SENIORI
adeoque toti Capitulo Ecclesie
B. Mariæ Virginis, quod est
Halberstadii,

*Dominis Patronis & Fautoribus
suis,*

Gratiam & pacem à CHRISTO
perennem!

Mementote Doctorem vestro-
rum, qui vobis locuti sunt Ver-
bum DEI: quorum contemplan-
tes exitum conversationis, imi-
tamine fidem, ait Epist. ad Hebr. cap. 13.
6. 7. Quæ parænesis Scriptoris θεοπνευστῆς
saluberrima commodum hoc tempore
Martini Lutheri memoriam nobis ob o-
culos statuit; summaque beneficia, qui-
bus D. E. U. S. Opt. Max. hisce conclamatis
temporibus humanum genus *Megalandri*
):(2 hujus

Hujus ministeriò affecit, impensè recolen-
da proponit. *Quisquis non videt cæcus est;*
quisquis videt, nec laudat, ingratus; *quis-*
quis laudanti reluctatur insanus est, ut
verba *Augustini*, quæ *Tom. VII. li. 1. de civ.*
Dei cap 7. de inopinatâ hostium barbaro-
rum clementiâ, soli Christo ac Christiano
nomini assignandâ, usurpavit, hîc trala-
titia faciam. Cujus gratia superiori utpote
primò primi *seculi Evangelici* annò Eccle-
siæ nostræ in gloriam & honorem Altissi-
mi *Jubilæum Eucharisticum* adfectu piò ac
sincerò indixerunt, magnalia DEI ocu-
lis attentis considerârunt, cordium & la-
biorum Charites effuderunt, aliosque
exemplò suò inflammârunt, inter alia
organi illius à Deo selecti memoriam,
juxta Scripturæ monitum gratâ mente
renovarunt.

Quales verò eos offendimus, qui ad-
hîc in Romanâ Babylone captivi tenen-
tur? De iis omnibus hîc locò nō pñuncio:
de animarū verò lictoribus & tortoribus,
quæ hactenus schedis styliteuticis *Jubilæum solen-*
ne suggillarūt, *Megalandrū* calumniis im-
manissimis onerarunt, gaudium nostrum,
quod

quod
tomo
pronu
sunt,
Evang
videre
moria
beban
ni; qu
dunt,
jubila
inter
Theo
nund
laum
tis de
clama
tis m
etissi
quam
stylo
mum
quæ
magl

quod in Christo concepimus in atomos sa-
tomos redigere voluerunt, de istis disertè
pronunciare possumus: *Cæci sunt, ingrati
sunt, insani sunt, Cæci*; quia in tantâ
Evangelii repurgati luce nec vident nec
videre volunt. *Ingrati*; quia eorum me-
moriam, quæ animo gratò recolere de-
bebant, funditus extirpatâ cupiunt. *Insani*;
quia laudantibus omnes vias præclu-
dunt, τὸ δὲ καὶ λῶξ recalcitrant, rabiosè pia
jubila insectantur.

Quorum è numerò palinam facile
inter omnes meretur *Jesuita Roëstius* sive
Theologiæ *Molsheimii* Professor, qui hinc
nundinis Francofurtensibus *Pseudo-jubi-*
larum evulgavit, jubila nostra utpote mul-
tis de causis suspecta spuria & falsa pro-
clamare, Theologis & viris benè meri-
tis maledicere, *Lutherum* tanquam sele-
ctissimum Apostatam calumniis plus-
quam stygiis dilaniare ausus est.

Scriptoris hujus insectatio petulans
stylo virulento hinc inde repetita ani-
mum meum tantopere adauxit, ut ea
quæ in memoriam laudatissimam 78 100.
καθ' ἑσπερινῶν publicè in nuperâ panegyri solèni

);(3

dixi,

dixi, multisque è gente Papicolarum calumniatoribus opposui, vel solis Jesuitæ hujus discursibus expendendis typo committere non aubuerim.

Quæstionem examinat cap. 8. pagin. 10. *An S. Sancti ope an verò Diaboli sit captus Lutheranismus?* Quàm facile, respondet vulpes pyrum comest, tam facile proba vero Lutherum non auxiliante S. S. sed spiritu maligno Lutheranismum inchoasse. Audiamus igitur quartam probationem catholicam, quam vocat pag. 681. reliquas enim habitâ inicituti ratione hîc mitto ea verò sic habet: *Illud ope Dei cæptum esse nequit, quod potissimum doctrina à Diabolo in accepta, disseminatum & propagatum est; At verò Lutheranismus vester per Lutherum vestrum diabolicâ doctrina est cæptus & propagatus. Quid superest? Conclusio per se loquitur.*

Posteâ pro alterò syllogismi membro confirmando istas rancidas & protritas merces denuò recolligit, & nauseabundis tanquam documentorum infallibilium lautiitas apponit. Paulisper intuemi-

tuemini
des str
rum op
se fam

cœptu
Philos

bè cogn

esse, pl

um, u

in Post

etori su

nefaria

Cochle

Diabol

nismus

nem ca

Suspici

in Coc

probat

nisi qu

confec

pore qu

fuisse i

tuemini splendidum apparatusum & grandes struices: *Multorum Augustinianorum opinio fuit Lutherum occultè usum esse familiariter Dæmoniò quopiam.*

Ergò Lutheranismus Diaboli opere cœptus est. *Opinio non facit rem, aiebat Philosophus.*

Lutherus fatetur, se Diabolum probè cognoscere ab eodem se vicissim cognitum esse, pluresq; juxta Germanorum dixerunt, uno modio salis cum illo consumsisse, in Postil. Eccles. Dom. Reminis. qua Lectori suspicionem de hujusmodi commercio, nefariaque societate ingerere possunt, ex Cochleo refert Jesuita. Ergò Lutherus cum Diabolo habuit commercium Ergò Lutheranismus cœptus est ope Diaboli. Probationem catholicam petimus non suspicionem. Suspicio non cadit in bonum virum nisi in Cochleum sui que similes. Si reliquæ probationes catholicæ huic pares, nemini nisi quem falsitatis invidiæque tabes ferè confecit epulas suas persuadebit.

Fatetur Lutherus, se à Diabolo tempore quodam ad desperationem inductum fuisse ita ut nescierit, an sit D E U S. vide
): (4 Colloq.

*Colloq. Mens. p. 2, pag. 25. §. 5. edit. Fran-
cofurt. Diabolum interdum per ipsius cere-
brum immeare, ut nec scribere possit nec
legere Tom. 5. Jenens. Epist. ad Electorem
Saxon. fol. 485. Ergò. Diabolum cum ipso
nonnunquam in dormitorio deambulasse;
ipsum uno atque altero mirabili Diabolo
quos non vulgares, sed magnos Demonas
imò Doctores Theologia inter Diabolos fuis-
se existimavit, diligenter & admodum in-
tentè observatum fuisse. Ergò Diabolum
in animo suo omnes articulos fidei impu-
gnasse: Diabolum quam uxorem sepius
thori socium fuisse. Ergò Lutherus cum
Diabolo commercium habuit. Ergò Luthe-
ranismus ope Diaboli cæpit.*

Ubi candor vester Monachi nigel-
li? quâ fide allata verba ad vestram con-
clusionem adducitis? quidnâ etiam S. Pau-
lum cum Satanæ angelo commercium
habuisse suspicamini, qui ipsum tentatio-
nibus acerrimis imò & colaphis oppugna-
vit? De aliis Sanctis, q. leonis *περι τ. α. β. γ. δ.*
rugitus agone tentationis exquisitissimò
exhorruere (ne Christo quidē excepto) jam
nō dicam; vide ipsum Lutherum Tom. V. I.
Jenens.

Jenen
quenc
spersu
induc
agoni
frequ
tiâ ven
merci
catur
usus fr
confel
& pro
conci
Jesuit
ullo m
cum I
licis i
nam
Diabo
tali,
nem,
& To
ration
plures
thias
samen

Jenens, fol. 85. edit. A. 77. An unquam
quenquam nisi livoris sanie undique re-
persum infectumque in animum sibi
inducere posse arbitremur, Lutherum de
agonisticis suis luctis cum Diabolo tam
frequenter in tantâ hominum frequen-
tiâ verba facturum fuisse, si cum ipsô com-
mercium habuisset, hoc est, uti expli-
catur, *operâ ejus in addiscendâ doctrinâ
usus fuisset?* An putabimus ipsum hâc sua
confessione, (quæ verè parænetica fuit,
& protreptica) fidem doctrinæ repurgatæ
conciliare voluisse potuisse? Et tamen
Jesuitam hîc subjicere non puduit; Ne
ullo modo in dubium vocaretur Lutheri
cum Diabolo familiaritas, eumque Diabo-
licis impugnationibus consensisse, propo-
nam illustrissimam, quæ Lutheri cum
Diabolo fuit de Missa, unctione sacerdo-
tali, aliisque fidei articulis disputatio-
nem, quæ extat Tom. 7. V Vitteberg.
& Tom. 6. Jenens. Et sub finem nar-
rationis §. II. pagina 71. Tentarunt duo
pluresve Prædicantes Balduinus & Mat-
thias Hoë, in omnem modum ad hanc in-
famen historiam respondere, sed casso
sonato

conatu & eventu infelici, quod plana ni-
mirum Lutheri & expressa essent Verba
quæ iterum iterumque illis Lutherica
sectæ hominibus objecit, datis Variis
hac de re opusculis magna Vir doctrina
& experientia, Nicolaus Serarius, Socie-
tatis Jesu, & Ecclesiæ Germanicæ eximi-
um jubar, quo titulo eum Illustrissimus
Cardinalis Baronius in suis Annalibus
exornavit, cui nec illi satisfacere tum po-
tuerunt, neque vos unquam, qui estis re-
liqui Lutherani, etiamsi omnes & inge-
nij & corporis nervos intendatis, satisfa-
cere valebitis.

Hem ampullas & thraonismos
Roëstii! quibus Nob. & præclarissimo-
rum Theologorum nervosæ responsioni
valorem adimere, & suos Auditores,
quorum manibus hi libri excutiuntur,
logis inanibus pascere satagit: interim ve-
ro Lectorem ad Noctilucium Iesuitæ Sera-
rj remittit, ex quô equidē, an jubar illud
eximium in Ecclesiam Germanicam pro-
jecerit, Theologi nominati exactius no-
runt, qui cornu illud fuliginosum, Vul-
canô Orcicô illuminatum, admotâ ve-
ritatis

ritatis
sunt.

P
Missart
es eô ips
G. Ien. p
Romæ f
Curtisan
crificiun
commo
mat. Er
fidei Ma
muli in
quàm te
ficiam,
purissim
scriptit
An erg
celebra
mensæ
ex re qu
tationi
storiar
rium, se
quod o

ritatis faculâ accuratius contemplati
sunt.

Primam ἀφορμὴν abominationis
Missarticæ in Luthero, si quæris, inveni-
es eò ipso Tractatu de Missâ privatâ *Tom.*
6. Ien. fol. 92. b. qui cum *A. C. 1511.*
Rome fuisset, & Missificantium, ut &
Curtisanorum levitatem circâ Missæ sa-
crificium deprehendisset, non leviter se
commotum perturbatumque fuisse affir-
mat. En ἀφορμὴν! quam urbs illa sancta,
fidei Magistra Luthero porrexit. Ibi si quid
mali inaudit vel vidit, necesse est sæpius
quàm templa, monasteria & aulam Ponti-
ficiam, Lenonum habitacula invisisse in-
purissimum Lutherum; impuro calamo
scriptitat effrons *Iesuita cap. 21. pag. 147.*
An ergò *Rome* in Lenonum habitaculis
celebrantur Missæ? an ibi Curtisanorum
mensæ *Roësti!* Papæne lucri odor bonus
ex re qualibet? Scin' quid velim?

Hæc verò quam de conflictu dispu-
tationis cum Diabolo habito narrat hi-
storiam, non fidei aut doctrinæ magiste-
rium, sed spiritualis tentationis periculum,
quod ob commissum Missæ crimen Ido-
latriæ

):(6

lolatriæ

lolatricum sustinuerat, aperte demon-
strat, uti ex toto opusculo luculentissime
cuiusvis ἀνευ προσημασίου legenti apparet.
Cui si adjungere velis auream *Tesserade-*
cada consolatoriam ab ipso Lipsia p. Mel-
chiorum Lottherum A. 1520. primum editam
in quod tempus hanc luctam tuo iudicio
incidisse non nemo arbitratur subsidium
veritati facilius ferre poterit. An verò
temerè Lutherus tentatoris causas auscul-
tauit, id quod ipsi exprobras? ausculta
ipsum §. hie brach fol. 87.

Nun er hette mich in dieser Disputa-
tion ergriffen / vnd ich wolte ia nicht gerit
für Gott einen vngehlichen hauffen Grewel
auff mir lassen / sondern meine vnschulden
verteidigen vnd höret ihm zu.

Quæ verba ἰδιογλώσως longè aliter
sonant, quàm Roëstii latina, quæ sic ha-
bent: *Ipse me hac disputatione convicit*
Volebam quidem abominationes (innume-
merabilium abominationum cumulum:
σκληρὰ μαλακῶς!) *ego quas afferebat*
propulsare pro viribus, & innocentiam
meam tueri; cessi tamen Diabolo, & illum
auscultavi, audivique quid contra meam
ordina-

ordina-
ratione
emblem
non cea
S. Iaco
eumqu
Cedò,
Diabo
mus!
fuisse?
ration
Luthe
reum
calum
ideoq
narrat
his ve
Papif
Der gu
nicht
Teuff
Herr
Ant
Das
jezt
vnd
III

ordinationem adferret, meque ad despe-
rationem adduxit. Concludis verò hoc
emblemate: *Hæc Lutherus: cujus fuisse*
non cedere, sed resistere Diabolo auctore
S. Iacobo cap. 4. vers. 7. Et fugisset ab eo,
eumque neque docuisset neque devicisset.
Cedò, *Iesuita* an scripsit *Lutherus h. l. se*
Diabolo cessisse? Mendacii reum habe-
mus! Ubi dixit se à Diabolò convictum
fuisse? An fatetur se à Diabolò ad despe-
rationem adductum fuisse? Malitiosè
Lutheri verba interpolasti. Calumniæ
reum deprehendimus! Prævidit quæsitæ
calumniarum tela sarcastica Vir D. & I.
ideoque tibi tuique similibus sub finem
narrationis historicæ respondere voluit
his verbis fol. 89. Hie werden die heiligen
Papisten mein spotten vund sagen / Bistu
der grosse Doctor / vnd kanst dem Teuffel
nicht antworten? weissestu nicht / daß der
Teuffel ein Lügner ist? Dank habet lieben
Herrn ewer tröstlichen Absolution vund
Antwort / denn das hette ich nicht gewußt /
Das der Teuffel ein Lügner ist / wo ihr mirs
jetzt nicht sagtet / wenn ich ein Papist were /
vund der Teuffel liesse mir frieden / wie er
sie

ſie leſt im ſauſe vnd ſicher leben / ſo wüſte
ich ihm auch fein zuantworten / denn ich auch
der künen Helden einer bin / der ſich nicht für
Zehen fürchtet / wo ich alleine bin / Aber ſol-
ten ſie den Teuffel hören Diſputirn / ſie
ſolten mir nicht lange von Kirchen / vom Al-
tem Brauch vnd herkommen plaudern / Ich
ſehe wol / David im Pſalter vnd die lieben
Propheten / wie kleglich ſie vber ſolche Diſ-
putation ſchrein / vñ Chriſtus ſelbs mus (wie
wol vmb vnſer willen) manch bitter Seuff-
zen vnd Engſten laſſen heraus faren / durch
des Teuffels jechen vñ d rengen / vnd ich halt /
das Emſer (tranſtulit ſic Jeſuita: Oecolam-
padius & ſimiles à dæmone interfecti. Quô
fine Boxiu in illum Emſerum priori loco
conſtitutum nominare noluiſti?) vnd
Oecolampadius, vnd dergleichen ſind
durch ſolche fewrige Pfeile vnd Spièſſe des
Teuffels ſo plözlich geſtorben. Denn es kan
kein Menſch ertragen / ohn ſonderliche Gottes
Hülffe vnd Stercke / er iſt faſt kurzweilig /
wenn er Diſputirt / denn er ſpielet des
Kurzen / vnd macht nicht Lang weile / wo
er den Man allein daheim findet.

Ein

ber beſſ
ſchlechte
ein M
» für ſi
» nen P
» Das n
» laute
» ſties/
Das fun
Die W
à Luth.
Das er
ſcherffre
heit ſo g
über da
Bruder
er vnfer
vns für
Niema
Gebot
möglich
ſagen /
vnd des
er darü
wie Ca
denn C

Ein Lügner ist er / Das ist war / Aber
besser kan er liegen / denn sonst ein
schlechter Lügner / vnd künstlicher / weder
ein Mensch versprechen kan / denn er nimpt
» für sich eine Wahrheit die man nicht leug-
» nen kan / vnd scherfft damit seine Lügen /
» das man sich nit wehren kan. Es war die
» lauter Wahrheit / da er Juda ins Hertz
» sties / Er hette vnschuldig Blut verrathen /
das kundte Judas nicht leugnen / es war
die Wahrheit / (sic Idololatria Missatica
à Luth. commissa) aber das war erlogen /
das er ihn verzweifeln hieß an Gott / Noch
scherffter solch Verzweifeln durch die Wahr-
heit so gar gewaltig / das Judas musste dar-
über dahin vnd sich hengen. Mein lieber
Bruder / da leugt der Teuffel nicht / wenn
er vnser öffentliche böse Werck vnd Leben
vns für helt / da hat er zween Zeugen / die
Niemand straffen kan / nemlich / Gottes
Gebot vnd vnser Gewissen / hie ist mir nicht
möglich Nein zusagen / Sol ich denn / Ja
sagen / als ich thun muß / so bin ich des Todts
vnd des Teuffels / aber da leugt er / wenn
er darüber mich treibt / ich solle verzweifeln /
wie Cain sprach / meine Sünde ist grösser /
denn Gottes Gnade.

vnd

Und hie ist dem Zeit und Noth re-
tens und helffens oben vom Himmel herab, wo
ubi fusius docet, quomodo ad Christum
Redemptorem unice confugiendum. At in
viam redeamus! *Prius* syllogismi mem-
brum seorsim excutiendum, & quod intri-
catum extricandum est. Quid enim
prohibet, quod occulisti, in apricum
producere?

*Id, cujuscunque rei auctor pa-
trem habuit demonem, matrem diabolicam
fœminam, ope Dei captum esse nequit.*

*Lutheranismi auctor patrem habuit
incubum demonem matrem diabolicam
fœminam Er. Lutheranismus ope Dei captus
esse nequit.*

*Majoris probationem, ut hîc requiram
opus non est: πρὸς τὸ ἀνὰ χεῖρας πρὸ γὰρ ἔχει!*
Minori undè fides suppetit? *Roëstius* histo-
riam hausit ex *Cochleò* Lutheri hoste in-
fensissimò. Undè *Cochleus*? ex quodam
M. Petro Sylviò. Unde hîc ex incertò ru-
more. Sic enim *Roëstius*: Ita se rem ha-
bere testatus est (*Sylvius*) & ex ore ma-
tris *Lutheri* auditum quid tale esse con-
firmat fol. 68. A' quò verò auditum quid
tale

quid tal
ception
(quidn
Quis a
quippia
ita sese
ginem
quos in
strinx
varunt
M
objectu
respon
lum, p
mulier
Luther
legibu
ti rat
quæ er
7. l. 15
que no
jicit,
dicare
gustin
ptura

quid tale *Roesti*? Testes laudas omni ex-
ceptione digniores *Sylvium Cochlaum*
(quidni & *Surium*?) *rumorem incertum*.
Quis amabò credat matrem *Lutheri* tale
quippiam revelasse, si vel maximè res
ita sese habuisset. Sed mali hujus scaturi-
ginem invniemus, ex quâ reliqui omnes
quos in nostris vindiciis dignis modis per-
strinximus, calumniæ suæ virus deri-
varunt.

Multoties autem *Luthero* hoc ipsum
objectum fuit, *regerit Iesuita*: qui non
respondit unquam aliud quàm hoc frivo-
lum, possibilene est hominem pariter ex
muliere & *Diabolo nasci*? Frivolumne
Lutheri responsum? quod firmis naturæ
legibus suffultum est.

Nec est quod *Augustinum* nihil certi
rationibus determinantem objicias,
quæ enim ex aliorum relatione (*Tom.*
7. l. 15. de civ. Dei cap. 23.) principio
que nondum concesso probabiliter con-
jicit, an illud *Lutheri* sententiæ præju-
dicare poterit? *An spiritibus unà cum Au-*
gustino corpus attribuis? At contra Scri-
pturam, contra Concilium, hoc est,
quod

quod in discursu ostendimus. Ut ergo assertio illa perstabit? Quid opus erat ambagibus? Risu potius & contemptu animus generosus τῆς Διαβολῆς apertum mendacium elisit, explofit. Modestior equidem te fuit societatis vestrae Philosophus acutissimus *B. Pererius*, qui rationibus pro impossibilitate adductis constrictus, iudicium suspendere maluit, quam temere contrarium pronunciare, *Com. in Genes. c. 6 fol. 388. n. 71.*

Pergis calumniando *Roesti!* qui aliter in hoc argumento posses? *Dubita- tur an sit ritè baptizatus, vel Verius, an non baptismus à matre diabolo consecra- tus fuerit, quod ex precedenti sequitur, atque ex matris & complicum improbitate pag. 145. cap. 21.* Si dubitando histori- as ab oculatis & fide dignis stabilitas tibi labefactare liberum est, quidnè eadem viâ nos quoque vestratium quorundam regenerationem baptisticam labefacta- re possemus? sed ansam dubitationi præ- scidimus; quid dubitas?

*Nos ab hac scabie tenemus
ungues.*

Non

Non sine adfectu fiduciali percepti baptismatis recordatus fuit animam agens *Lutherus* Deoque inter alia pro hoc beneficio devotissimas egit gratias. Funiculos ex arenâ suspicionum & dubitationum nexuisti hactenus: auge constringe nunc Apostolorum discipulos Lutheranos, quod sæpè minatus es! Aperra sunt tibi capitoli Romanii delubra; scande limen!

Sed unus adhuc nodus restat, prius à te solidius compingendus. *Tertiaca-*
tholica probatio, quam dicis, hæc est, pag 67. Cum Anno 1519. in disputatione Lipsicâ contra Iohannem Eckium disputationis peritissimum & Ingolstadiensem S. S. Theologiae Professore[m] fortunam disputandi & suam causam expertus esset Lutherus, videns Eckium superiorem, immodestis clamoribus, quod aliter non posset (uti est communis consuetudo Sectariorum) auditorum aures obtundere non erubuit, cuius rei cum esset admonitus, hanc barbaram & immanem vocem fertur emississe, iis testibus,

Non

bus, qui disputationi interfuerunt, Hieronymo Embsero, & Georgii Ducis Saxoniae Consiliarius: Hae res nec propter Deum capta est, nec propter Deum finietur. At Verò, si res, ut ait, non est ab illo suscepta propter Deum, nihil aliud sequatur est necesse, quàm ope spiritus sancti quod volumus captam illam eandem non esse, sed ope spiritus iniquissimi, pacis inimici, mendaciorum parentis, omnium Schismatum auctoris & adiutoris. Nondum satis validè constringis nos Roesti: An propter DEUM, an potius propter inanis gloriae aucupium Eckius cum Luthero suisque congressus sit Lipsiae, disces ex Mosellano viri tum temporis spectatissimi & celeberrimi Epistola, qui Actus istius pars fuit non postrema, & disputantium ingenia & mores egregiè representavit. Disces ex viro candidissimo quàm prolixus in laceffendo, quàm verò frigidus in disputando contra Antagonistam fueris gloriabundus Eccius. Disces insuper (ejus n. gratiâ inter alia Epistolam adjunxi) Lutherum præcellentioribus ingenii, pietatis eruditionis, & eloquentiae dotibus
exornat

exornat
rum Mo
palestra
ne obscu
cõpositi
conflict
quomoc
manâ fir
plari, &
ratione
Ad u
do; quo
gus de
rante,
nobis o
e censu
theri no
sceve?
fima ita
ma. At
hec Epi
in comp
ratenfi
mum a
n. 41. B
strangu
Diabol

exornatū fuisse, quā ut à nigellis *Iesuitarum* Monachis (ex quorū numero hāc in-
palestra tu facile primas tenes) ulla ratio-
ne obscurari queāt. Disces & hoc: quā benè
cōpositis adfectibus de hoc & consimilibus
conflictibus Christianis judicandum sit,
quomodo sepositā omni auctoritate hu-
manā simplicem veritatem nudè contem-
plari, & *probationes catholicas* longè aliā
ratione stabilire debeant.

Ad ultimum accusationis caput acce-
do; quod dum facio incidit mihi apolo-
gus de vulpeculā caudā arborem verbe-
rante, cujus commemoratione ab initiō
nobis occasionem dedisti: *scilicet hac pyra*
ē censu acidorum sunt! Qualis igitur *Lu-*
theri nostri analysis? quæ ad eandem para-
sceve? ut hæc Christiano homine dignif-
sima ita illa nō potuit non esse placidissi-
ma. At quæ nā *Roestio*? Funestissima illa,
hæc *Epicuræa*, utraque horrenda! Sic enim
in *compendio suo vite Lutheri* Argento-
ratensi opposito, quod ipsō teste, verissi-
mum arbitratur *c. 21. Pseudo-jubilæi p. 155.*
n. 41. Benè epulatus cum suis nocte eadem
strangulatur à Diabolò A. 1546. Et n. 42.
Diabolis in aère non procul à turbā corvo-

hujusq; restauratoris Θεοκρινῆς LUTHERI
puto nomen multis abhinc annis sin-
gulari zelò tuemini : tùm quia spretis
Papicorum fremitibus ac machinatio-
nibus clandestinis *Jubilai Lutherani*
plausu cōstantiam vestram publicè con-
testati estis , bonasque literas , unà cum
sincerâ pietate conjunctas (præfixo à
Majoribus fini feliciter consequendo)
singulari adfectu propagatis. Quò nomi-
ne *Magnifice & Literatissime* BRITZKHÆE
Decane amplissime aliis non tātum digni-
tate , sed etiam singulari exemplo asse-
rendæ ὀρθοδοξίας hæctenus præluces , &
ut posteritati tuus etga pietatem simul
ac artes liberales ardor innotescat , filios
tuos , quos non ita pridem ad nostram
Salanam misisti , non tantum privatis ,
sed etiam Academicis studiis fideliter
imbui curasti ; utque ad metam proposi-
tam studiosè collimare pergant , sedulò
cohortatis.

Faxit Altissimus spiritu gratiæ suæ
ut *Renovata* auspiciis illustrissimis ante
Viginti septem annos D. *XXI. VII br.*
à vobis

rum spec
Islebio d
sepelitur
nis ! Eò
dens S
laribus
non eff
malign
mendac
melior
mur.
riam de
quæ ha
Illustri
stimon
à viris f
bita est
bularu
Breden
collatis
in nihi
Vo
bilissi. &
vindici
vestro
& in sc

rum specie comitantibus, mense Februario,
Islebio defertur V Vittebergam, & in arce
sepelitur. Feralis & stygia vox, non homi-
nis! Eò impudentiæ non processit impu-
dens *Surius*; nec aliud agens in *Canicu-*
laribus suis *Episcopus Majolus*. Mirum
non esset, si justo DEI judicio spiritus iste
malignus calumniarum restim *Roestio*
mendaciorum interpolatori injiceret: sed
melio rem mentem & sortem ipsi preca-
mur. Adjunximus huic opusculo histo-
riam de morte *Lutheri* beatissimâ & iis,
quæ hanc proximè præcesserunt: quæ tot
Illustriss. Generosiss. &c. personarum te-
stimoniò cõprobata toti Christiano orbi
à viris fide dignissimis & ἀνλόωταῖς exhi-
bita est: cujus fulgor quicquid est sive ne-
bularum sive tenebrarum in *Tilmanni*
Bredenbachij collationibus virulentissimè
collatis continuò dissipabit, & vi veritatis
in nihilum rediget.

Vobis verò *Reverendi-plurimum No-*
bilissi. & Strenuiss. Domini hoc quicquid est
vindiciarum *Lutheri* nostri *Megalandri*
vestro nomini honoratissimo nuncupare
& inscribere volui: tum quia *ὁὀδοξία*
hujus

à vobis piè celebrata quotidie memori-
am Reformationis Evangelicæ in animis
vestris renouent; vosque in Semel agnitâ
veritate plus plusque confirment.
Dab. Jenæ, Calendis Novembribus
secundo seculi Evangelici secundi
annô.

*V. Rev. de pl. Mag. cæ
Nobiliss. & Dig. tis
Studiosiss. us*

Balthasar Gualthe-
rus P. Pub. ibid.



Rector
stris &
Domine
ne desig
dâ dign
sapien
rissimi p
ditores
mi opta
mille &
cursum
admira





Ἀναίσωμεν ἄνδρας
ἐνδόξους!

SI ulla post mille & sep-
tingenta annorum decur-
sum parta victoria est,
Rector admodum - Magnifice, Illu-
stris & Generose Baro; Magnifice
Domine Prorector, Magnifice Domi-
ne designate Rector, Vosq; V. Reveren-
dâ dignitate, consilio, experientia,
sapientia, prudentia, eruditione cla-
rissimi præstantissimi, Hospites & Au-
ditores omnium ordinum honorttissi-
mi optatissimiq; : Si inquam post
mille & septingenta annorum de-
cursum parta victoria est, in quâ &
admiranda cęlestis Flaminis poten-
tia se

A

tia se

1
tia se ostenderit, & quid militum
Christianorum virtus, quid serpen-
tina Ductorum Doctorumque pru-
dentia cum simplicitate columbi-
nâ conjuncta valeat, cognitum ac
declaratum sit: in hâc certè, quam
superiori seculo *Antichristicida* Lu-
therus & Principes nostri Christi-
ani Athletæ ex immanissimo &
detrimento Christiani nominis ho-
ste *Antichristo Romano* retulerunt
ita hæc omnia patefacta sunt; ut
nunquam melioribus auspiciis in-
nitiò, evidentioribus documentis
mediò, illustrioribus argumentis
in fine aut illustrata esse, aut in po-
sterum illustrari posse videantur.
Mensis jam volvitur *Augustus*, in
quo effluxis centum annis Indul-
gentiarum venalium oppugnatione
ne antehâc peritus LEO hujus
nominis X. qui tunc temporis Re-

gni B
cum
ximi
pient
nissim
agere
theru
Magi
comm
Imper
D. V. l
ad Ele
XXIII
ris obi
verò co
ris Sapi
cta esse
Lutber
causam
mas Ca
ter Cara
sedis de

ga

gni Babylonici sceptrā capessebat,
cum Imperatore augustissimo Ma-
ximiliano I. & FRIDERICO sa-
piente Electore Saxoniae Christia-
nissimo per litteras ultrò citroque
ageret, ut Fratrem *Martinum Lu-
therum* Romam mitterent, & fidei
Magistræ causam cognoscendam
committerent, quemadmodum
Imperatoris epistola *Leoni* inscripta
D. V. hujus mensis, ipsiusq; *Leonis*
ad *Electorem Saxonem* die ejusdem
XXIII. exarata & annulo Piscato-
ris obsignata, attestantur. Cum
verò consilio ac autoritate Electo-
ris Sapientissimi res tandē eò dedu-
cta esset, ut sub finem Comitiorum
Lutberus Augustæ Vindellicorum
causam diceret; cujus gratia *Tho-
mas Cajetanus Tituli S. Sixti presby-
ter Cardinalis* tanquam Apostolicæ
sedis de Latere Legatus literis Pa-
palibus

palibus instructus (*Dat. 23. August.*
Romæ 1518.) Augustam se contule-
rat. *Lutherus* noster veluti ex angu-
stâ status Monastici alvo in augu-
stam lucem protractus, coram *Car-*
dinali animo imperterritito compa-
ruit, causam masculè & prudentes-
egit, in agnitâ veritate constanter
perseveravit, instarq; fortissimi mi-
litis imbellis bellator cum *Cardi-*
nale omnis Theologie Philosophiæ
consultissimo (sic *Papa* ipsum in e-
pist. ad *Fridericum Elect.* appellat)
manus conseruit, theses propositas
adseruit, nec quicquam ex illis sive
παλιωδὸς sive *ποικιλωδὸς* suâ prote-
statione deseruit, quemadmodum
anno præterlapso *Jesuita* *Moguntia-*
nus in suo *Ejulatu Ejulatuū Ejulatuū*
Papistico (sic liber ille jubilorum
σιλιευλικὸς rectius inscribi meruit)
impudenter calumniatur ; annu-

decim
decim
bo &
O lan
exclan
tâm v
lo adh
eitò po
non cr
juro cr
in Te
quadr
sincer
mante
Mend
nos ne
Siccin
quod
tus ren
& mo
as Leg
Tibi i

dec

decimum oetavum fuisse Palinodiam
decimi septimi, in que nosmet acer-
bo & petulanti sarcasmo invehitur:
O lamentabile Germanie fatum!
exclamat, si Lutherus primo biennio
tam varius fuit, cur integro illi secu-
lo adhaeretur. Si pejeravit, cur tam
citò perjuro creditum est? Mendaci
non creditur etiam jurato, vos per-
juro creditis & injurato! Rectissime
in Te Jesuita Contzeni sermo tuus
quadrat, qui ab initiò libri adfectu
sincerum ac animum veritatis a-
mantem juratò nobis pollicitus es.
Mendaci nò creditur etiam jurato:
nos ne Jesuitæ perjuro credamus?
Siccine Luthero nostro exprobras,
quod consiliis amicorum obsecu-
tus rem suam ab initio prudenter
& moderatè gesserit, ad partes su-
as Legatum Romanum inflexurus?
Tibi ipsi enim Lutheri declaratio-

ugust.
ntule
angu-
augu-
Car
mpa
lentes
nter
ni mi
Gardi
pbiad
n in e
bellat
positas
lis sive
prote-
odum
gunt
Ejulati
lorum
eruit
annun
deci



nem in *Actis Augustanis* omnibus
obviam legere in proclivi fuit. Si
legisti, eandem utpote satis lucu-
lentam, vidisti, cur ergò calumni-
aris? Nempe dolet calonibus Je-
suitis præcipuum militiæ Romanæ
athletam armis scripturæ successu
tàm fausto, oppugnatum fuisse!
Dolet Jesuitis horumq; satellitibus
Cajetanum Cardinalem, at qualem
& quantum? timidi, ut videbatur,
monachi constantiâ rationibusq;
invictis ita convictum fuisse, ut in
multis scripturæ locis articulos fi-
dei concernentibus ad partes Lu-
theri deflexerit, glossemata Roma-
na repudiaverit. Unde *Jesuita In-*
golstadiensis Tom. 1. Defens. Bellar-
minianarum, tract. de translat. Bi-
bliorum, col. 718, Cardinali malam
gratiam refert, ubi inter alia sic
scribit: *Notum est Cajetanum in T. V.*

nimi

nimum Hebraizando, & in novo ni-
mum Erasmizando in graves errores
incurrisse. En Cardinalem Roma-
næ Ecclesiæ! hic ne constanter vo-
bis adhæsit? quid dicitis? si in gra-
ves errores incurrit, cur ad palino-
diam non adegistis? quid infertis? si
fuit *Inquisitor generalis*, cur in ejus
scripta ita inquiritis? Verum gra-
tia hæc est, quæ *Cajetano* pro labore
Augustæ suscepto rependitur à Je-
suitâ: prætereo enim errorum Indi-
cem ex scriptis ejus exsculptam.
Hic ergo primus fuit conflictus
Lutheri nostri, quem utiq; non in
umbratili scholæ scenâ, sed luce me-
ridianâ totius mundi patentis susti-
nuit, & præter omnem spem & ex-
pectationem illesus ab hoste trium-
phum duxit.

Huic militia à quibus consecratus,
quomodo initiatus, quo sacramento
obstri

obstrictus fuerit, quâ veniâ, quâ fide
è statione hâc militari tandem exces-
serit, inpræsentiârum temporis oc-
casione paucis disquirere allube-
fcit. Quæ enim bella pro Christi
nomine ac honore, quæ molimina
ad destruendû Babylonie regnum,
quæ pondera argumentorum ad
contundendum Papæ fastum in
publicis S. Imperii comitiis aliisque
conventibus versârit, librârit, pro-
jecerit, hâc vice non attingam,
multominus prolixâ oratione per-
secuturus suum. Lineam ipsemet mi-
hi præscripsi, cancellos posui, me-
tam constitui.

Ne igitur *Auditores omnium or-
dinum præstantissimi vestris Magni-
ficis, Illustribus, Reverendis, Amplis
Exper. Clariss. & eximius Dignitatib⁹
tædium in discutando obrepat,
aut labor in discernendo vos ullus
obruat, illud succincta brevitate,*

hoc v
re an
quid
hi suc
Indig

Veru

ait ve
digni
dor i
ctos
tat, i
Attic
form
cogel
cum a
rosol
pro se
ctoria
tum
zelo e

hoc v. perspicuitate sermonis cave-
re annitar. Qua mea oratione, si
quid fortè acerbius dixero, ne mi-
hi succenseatis opro.

*Indignis si malè dicitur, maledictum
id esse dico;*

*Verùm si dignis dicitur, benedictum
est meo quidem animo*

ait venustissimus Comitorum. In-
dignitas rei me movet, veritatis ar-
dor inflammat, amorq; ergà san-
ctos *Lutheri* manes instigat, inci-
tat, impellit. Olim qui jus civitatis
Atticæ ambiebat, hanc Juramenti
formulam conceptis verbis jurare
cogebatur: *Pugnabo p̄ sacris solus &
cum aliis.* Quantò magis cives Hie-
rosolymæ & Ecclesiæ addecebit, ut
pro se singuli q. penes singulos vi-
ctoriæ momentum maximum si-
tum sit, armis veritatis strenuè &
zelo ex scientia ebulliente disertè

pugnēt, scapham scapham dicant,
& ficum ficum appellitent.

Hoc verò dum aggredior insti-
tutū, densissima cicadarū brucho-
rum, fucorum, vesparumq; exa-
mina aggressus mihi videor, quæ
partim susurris streperis nobis mo-
lestiā adferunt, partim aculeis ve-
nenatis partibus nudis insidiantur,
mendacia puto & calumnias, qui-
bus versicolores Papicorum mili-
tes *Lutheri* nostri *honestissimam ge-
nesin & analysin beatissimam* feroci-
ter impetunt, ut qua parte illis ob-
viandum, qua arte dissipandi, dif-
ficulter appareat.

Si enim natales ejus investigo,
quos habuit honestissimos, vix ra-
dii quidam in tam clara luce, qui-
bus veritas densissima insectorum
hujusmodi nube obscurata efful-
gere possit. Agmen inter omnes
ducit

ducit
Ingol
Lutheri

non
prose
balne
Luthe
bus &
eāden
thanā
costic

Et
foetun
ptum
enixat
quam
Orcin
projec
an ocu
potius
sum de
ciorum
sibon

ducit *Monachus* quidam *nasutus*
Ingolstadiensis, qui publicè piis *Lu-*
theri manibus obstrepens asserere
non erubuit, *Lutherum* à Diabolo
proseminatum, à quâdam *Islebiensi*
balneatrice conceptum, *Johannem*
Lutherum Sathanicis suggestioni-
bus & delusionibus effascinatum
eâdem famulam balneatoris ex Sa-
thanâ gravidam circa ferias Pente-
costicas cõjugii foedere sibi juxisse.

Et quid non? Famulam istam
foetum ex semine Diaboli conce-
ptum circa Martini festum in lucem
enixam fuisse. O audaciam plus
quam Sathanicam! pro genitore
Orcinò proseminatam, sparsam
projectam! ô frõs detrita & effrons!
an oculos sursum levare audeas, quas
potius ad stygia calumniarum abyssum
declinare, ad patrem mendaci-
orum defigere debebas? Et tamen
sibam

A. 6

hunc

hunc *streperum Ducem* alii sequuntur, verbis fidem adhibent, dicta volatica faciunt, & nescio quem hæreseos characterem indè exsculpunt; quorum in numero *Ananias Theologus Tabernas lib. 4. de Natur. Demonum pag. 143.* Nec retulisse pudet *Confarcinatorem Historiæ catholicæ Fontanum Doctorem Theologum*, quod mater *Lutheri* ex Diaboli coitu foetum conceperit. O tempora! O linguas!

An unquam Scriptura vobis revelavit creatorem Diabolo istius modi vim prolificam indidisse, aut potestatem fecisse aliis mediis analogis, sufficientibus tamen, hominem verum progenerare? Aut undè habetis?

Penetrate mecum *Jesuitæ* in intima naturæ & Philosophiæ veræ adyta, indagare principia, evolvite
media

media, omnia ad generationē προσκεί-
μενα accuratius mecum considera-
te; an per naturā verum esse possit,
quod vestri per mendacium verum
esse clamitārent? Dicitē quāsō ubi
organa generationi accomoda,
quæ ante omnia requirit Naturæ-
consultus? Spiritus corporis expers
est ex assertione scripturæ: & suffra-
gatur huic declaratio *Concilii vestri
Lateranensis Magni sub Innocētio ter-
tio*, quam nemo vestrum repudia-
bit. Si corporis expers, ubi organa
genitalia? Spiritus verò & corpo-
rum contactus in generatione nul-
lus est, ut ex *Chrysofomi hom. 22. in
Genesis* probat *Concilium Anqui-
rense. part. 2. Decretorum caus. 26. q. 5.
cap. Episcopi*. Unde ergò generatio?

Aperite mihi undè malo Genio
sperma? Aut ex se illud habet, aut
aliundè, Quomodò ex seipso, si

incorporus? nullus enim venarum
sanguis, nullus arteriarum spiritus,
nullus eorundem fomes, cibus &
potus. Undè ergò sperma? Non ex
aliis accipere potest & hunc ad u-
sum transferre. Namque temperies
illa spermatis ex sanguine & spiritu
humanæ generationi apta in ordi-
natis à Naturâ naturante locellis
extra propria conceptacula quali-
cunque præsertim translatione
corrumpitur ac interit; propterea
quod spiritus ac calor ille cordis
totiusque corporis nec adsit, nec
quantitate nec qualitate justâ in eo
sit temperatus.

Nec quicquam juvabit motus
celeritas, aut fomentum admi-
niculum, quorum ille longè tar-
dior, hæc verò ineptiora, quàm ut
vim illam, quæ aliàs planè aërea
est, ita cohibere possint, ne expiret.

Quidi

Quid
proli
macu
Luth

V
stor
moni
igno

Tom
vent. c

de Di
Tom

plicu
quid

Q
porei
rent,

foemi
Lucu

pauci
gener

Quid ergo de Dæmonis concubitu
prolifico in vulgus spargitis ; imò
maculam quandam foedissimam
Luthero adspargitis Papani ?

Verùm obicitur *Augustini* au-
toritas, qui corpus suo modo Dæ-
monibus adscribit: Id quod ego nō
ignoro: *Augustini* sententiā quam
Tomo 2. epist. 11. Tom. 3. Enchir. ad Lau-
rent. c. 58. lib. 2. de Trinit. c. 7. l. 3. c. 1. lib.
de Divinat. Dæmon. cap. 3. ejusdem
Tomi proponit, alibi fufius ex-
plicui: ponam v. hęc vice ita esse,
quid inde obtinebitis nugigeruli ?

Quamvis Dæmones essent cor-
porei & vim generandi in se habe-
rent, non tamen ob id statim ex
fœminis aliquid generare possent.
Luculentè quod volo declarabo
paucis. Ad perficiendam hominis
generationem necessariò duo prin-
cipia

cipia concurrere debent, unum quod
vocat activum, & est in mare, al-
terum quod passivum appellatur,
& est in foemina: Si ergo Dæmon
prolem ex foemina procrearet, vis
generationis activa in Dæmone,
passiva v. in foemina esset.

Hoc verò quàm inconueniens,
quàm absurdum, quivis intelliget,
qui generationis proportionē na-
turalem inter potentiam utramquē
probè intellexerit: quod nempè in
his, quæ sunt ejusdem speciei utraq;
potentia inesse debeat, ut in viro
& foemina leone & leæna: vel ad
minimum in his quæ sunt ejusdem
generis proximi reperiantur,
sicuti in equo & asina, unde mulus
generatur, exemplum habemus.

At quomodò Dæmon & foemi-
na invicem conveniunt? an ge-
nere?

ner
anim

natur
cont

& fo
passio

substa

corpo

sperm

foemi

mod

e con

Dæm

dentu

concl

nem

rare.

nerere? an specie? neutrum, sive
animam respicias, sive corpus.

Suffragatur nobis oraculum
naturæ *Aristoteles* l. 10. *μετὰ τὰ φῶσιν*
context. 25. sic verò ait: *Masculus*
& fœmina proprie quidem animalis
passiones sunt, sed non secundum
substantiam, verum in materiâ &
corpore. Quocirca unum idemq;
sperma passionem aliquam passum aut
fœmina aut mas fit.

Imò si omnia falsa essent, quæ
modò produximus & defendimus,
e contrario autem vera, quæ pro
Dæmonis generatione facere vi-
dentur, non tamen ullâ ratione
concludi firmarive posset, Dæmo-
nem ex muliere hominem gene-
rare. Cum enim duo, quæ sunt
diver-

dīversæ speciei inter se cœunt ad
generationem, ex utriusq; commi-
xtione quod procreatur id specie &
ab utroq; diversum reperitur, &
tertium quoddam constituit. Cum
à malus genius genere diversus sit
à foemina, qua ratione, quod ex i-
pſius & foeminæ cōmixtione pro-
creatur, homo esse potest, vel ut
clarius dicam, similis planè foemi-
næ, à gneio verò malo omnino di-
versus?

Ex quibus omnibus evidenter
cognoscitis *Auditores*, quàm mor-
bido, quàm marcido, immò quàm
planè nullò innitatur fulcro men-
dacium *Monachi Ingolſtadiensis* ad-
eò inconditum, ut vel in ipſas na-
turæ leges impingat, ac sola ejusdē
ad viciā collabascit.

Verùm enim verò ipſas natali-
um origines propius inspiciamus,
univer-

univ
coho
I
in C
Cyria
qui C
novi
hac d
clarè
parc
& M
su, M
cer do
ter Iſe
monio
ad lab
unà c
die 10
noſter
xit, e
paren
Sacr

universas infectorum hujusmodi
cohortes planè dissipaturi.

Insigne historiæ Germanorum
in Comitatu Mansfeldico decens
Cyriacum Spangenbergium andiamus
qui *Con. XV. de Lübero* quem ipse
novit ac audivit, multosque testes
hac de re fide dignos requisivit,
clarè testatur: *Johannem Luderum*
parentum suorum, Heinrici Luderi
& Margarethæ Lindemannin consen-
su, *Margaretham Zieglerin* Manu Sa-
cerdotis ritusq; solenni in pago *Mörē* in-
ter *Isenacū* & *Saltzungam* sito matri-
monio sibi junxisse ac postea *Islebiun*
ad labores fodinarum metallicarum
undè cum uxore concessisse, ubi *A. 1483.*
die 10. Novemb. in vigiliis Martini hic
noster *Lutherus* lucem primùm aspe-
xit, eodemq; die militiæ Christianæ à
parentibus in baptismo consecratus &
Sacramento Christo duci obstrictus
fuit.

fuit in templo Islebii Petrino, eodem
annó, ubi Hieronymus Savanarola
martyrii coronam Florentiæ accepit.

Quid ergò Baptismū Lutheri col-
lutulas *Monache*; id q̄ facis fol. 33. in
centone centum mendaciorum?

Et unde hausisti? ex quâ lacunâ
médaciorū? *Lutherū* in utero matris
charactere quodā in fronte signatū
fuisse, uti fol. 282. impudēter garris.

Unde habes *Lutherū* in pectore
nigrum quoddam & abominabile
stigma ex utero secum protulisse?
quod scribere non erubuisti fol. 356.
A nullo alio nisi ab eo, quem Patrē
Lutheri cōminisci ausus es, tanq̄
Patre mendaciorū. Vidit *Lutherū*
Petrus Mosellanus in disputatione
Lipsica, A. 1589. qui in *Epistolâ* ad
Julium Pflugium Lutherum quasi in
tabula depictū ostēdit: vidit *Philip.*
Matthesi & alii nō pauci, q̄ intimius
cū ipso conversati sunt; q̄ hæc om-

nia
tum
nac
tus,
N
funt
cory
clan
tur.
quā
Qu
est f
plasi
ma,
I
cū &
aure
Isleb
ab o
imū
ne o
scho
sar a
dare

nia nō viderunt, & ut purū figmen-
tum ignorarunt. Non insanis Mo-
nache calumniarum æstu inflama-
tus, sed furis!

Nec reliqui etiā sociēni saniores
sunt, q̄ quasi inopinato quodam
corybantismo correpti, infano
clamore se à te superari non patiun-
tur. O efferatā Diaboli licentiam!
quàm potens est in organis suis!
Quàm sæpe divinus vir recordatus
est solatii Jobini: *Manus tuæ Domine
plasmaverunt me, tu congelasti sper-
ma, & nervis circumdedisti me!*

Ipsè DEUS miraculo quodam lo-
cū & *ediculā*, in quā fidelis servus in
aures vitales p̄diit, in rapidissimo
Islebiensi incēdio integrā tectamq̄;
ab omni flamā inter medias flamās
imūnē p̄stitit; id q̄ eleganti carmi-
ne quodā optimus informationis
scholasticæ Magister Hallensis (*Cæ-
sar* ad gloriam DEI posterit comēn-
dare non dubitavit:

Isidis urbs verbi lucem lux reddidit
orbi;

Vagitum hæc sensit prima, LUTHE-
RI, tuum.

Quæ domus excepit Te natum, im-
munis ab omni

Circum circà igni prædominante
stetit.

Mira loquor, sed vera loquor, mihi
visa locutus:

Vicina in cineres cuncta abiêre
domus.

Statq; ea adhuc, cumq; Isidis urbe ea
stabit in ævum

Depositum verbi dum fovet alma
sacrum.

Quod ipsum gratiæ signum æ-
dibus, ubi animam beatissimè ex-
ha-lavit Lutherus potenter exhibu-
it, & procul dubio testari voluit,
quàm preciosa mors sanctorum in
oculis suis appareat.

Sed

Sed hinc denuo insectorum circum
strepentium stridores audio, qui viru-
lenti aculeis mortuum denatumque;
impetunt, quem vix in auras pro-
deuntem natumque; rostris acumi-
natis petere ausi sunt, quae ego dum
alteram meae orationis partem in-
choo, procul hinc fugare & ventis
dispellenda discerpendaque tradi-
turus sum.

Ut conceptionem ac nativita-
tem *Lutheri* nostri insectati sunt,
calatores Papici, ita obitum ejus (o
beatissimum!) scomatibus profcin-
dere, petulantibus conviciis ossa-
turbare; imò ut priora omnia, ita
ultima *Lutheri* facta & extremum
in vita agonem diris prosequi non
verentur.

Ubi natus erat ultimus Germa-
niae *Elias*, ibi etiam denatus est.
Ut patria quae natalibus honestissi-
mis

Sed

mis testimonium integrum & incorruptum perhiberet.

Audiamus verò *Majolum Episcopum Vulturariensem Colloquio I.* qui vulturis instar in Lutheri cadaver involat: verba ejus hæc sunt: *Dæmonis ductu in pernitiam totius Germaniæ apostatavit in omnes fœdissimas hereses, atq; immania scelera prolapsus, improvisâ morte benè cœnatus extinctus est, ut sic pateret, quàm verum illud sit: Mors peccatorum pessima, narrat Surius in Com. A. 1517. Et quanquam parvi referat, quâ quis morte moriatur, igne ferro an aliter; mala enim tum mors est, cum mala vita præcesserit, ut docet Augustinus libello de domo discipline & libr. de civit. DEI 1. capit. 11. Tamen imparatum mori, Sacramentorum oblivisci, de salute non esse sollicitum, impœnitentis animi signa sunt:*

epula-

epulat
cem
dens
pœnit
si vita
ob ocul
sti soll
cramen
fide; sub
non fu
am bon
Aud
culares
aures n
tibus ci
nachi
simi ce
provola
Nec
Bellarm
fiæ cap. 17
Megalan

in-
Epi-
io I.
ada-
t:
otius
cedi-
clera
ce-
eret,
ato-
om.
efe-
ne
mors
t do-
ipli-
. 11.
men-
solli-
sunt:
pula-

epulatus lautè, debacchatus in Pontifi-
cem Romanum scurrarum more lu-
dens eadem nocte est extinctus nullo
pœnitentiæ signo editò. Econtrà verò
si vita ducta fuerit virtutibus plena,
ob oculos semper habitâ passionis Chri-
sti sollicitudine, communicatione Sa-
cramentorum in unâ Romanæ Ecclesiæ
fide; subeat autem quævis turpis mors,
non fuerit turpis, sed bona, quoni-
am bona vita fuerit.

Audite verò gryllos istos cani-
culares *Episcopi* cantillantes, ut
aures nostras mendaciorum strepi-
tibus circumsonēt! sed ex *Surij* mo-
nachi *Carthusianorum* mendacis-
simi cerebrò maximam partem
provolârunt.

Nec tamen dubitavit. *Cardinalis*
Bellarminus Tom. 1. l. 4. de notis Eccle-
siæ cap. 17. §. *Lutherus*, placidissimum
Megalandri nostri obitum, quem

B inti-

intimis votis jamdiu desiderâ-
rat, in eorum referre elenchum,
qui Ecclesiam oppugnârunt, & IN-
FELICI exitu è statione suâ vitæ hu-
jus militari excefferunt.

Cum n. interitum expavescen-
dum *Pbaraonis, Antiochi, Hero-*
dis Ascalonitæ Herodis Tetrarchæ, He-
rodis Agrippæ, & Imperatorum Ty-
rannicorum, Neronis Domitiani Tra-
jani Galerij Maximiani & Maximini
ex historiis partim sacris partim
prophanis recensuisset, ad Hæresi-
archas & Apostatas transitum faci-
ens eodē loco dignatur *Lutherū & Si-*
monē Magum; in censu eodem ha-
bet *Lutherum & Manachæū*, pari so-
te locat *Lutherum & Montanum*
in unū Catalogū refert *Lutherum &*
Arium, ejusdem furfuris æstima-
Lutherum ac Nestorium: *Juliano A-*
postatæ divinitus occiso & à terra
spon

spon
Got
rico
corp
rum
mera
Sc
glium
Calv
pter a
ne ab
cruen
suffic
specta
tio pa
ac in
re; an
ris Ecc
vus sa
fieri de
verfar
An ex

sponte absorpto, *Valenti Ariano* à
Gothis Arianis concremato, *Hune-*
rico Regi vermibus, quibus toto
corpore scatebat, consumto *Luthe-*
rum nostrum sanctissimum annu-
merare non dubitat.

Sciens volensq; prætereo *Zwin-*
glium Oecolampadium Carolstadium
Calvinum, quibus omnibus pro-
pter apostasiam à Romana Babylo-
ne abitum ex hâc vitâ infelicem &
cruentum tribuit, cum nec tempus
sufficiat in fidē Historiæ alicubi su-
spectam inquirere, nec instituti ra-
tio patiatur rem satis cōtroversam
ac intricatam hîc multis discute-
re; *an scilicet ex infauſto obitu Docto-*
ris Ecclesiæ de ejus doctrinâ, quam vi-
uus sanusq; professus est, iudicium
fieri debeat an secus? vel ut verbis Ad-
versarii quæstionem proponam;
An exitus infelix seu finis eorum, qui

*Ecclesiam oppugnarunt, Notam vera
Ecclesiae constituat?*

Hic quid te morer *Bellarmino*?
In limine statim impingis, ꝑ con-
cesso sumens quod nemo nostra-
tium tibi unquam concessurus est;
vestram Ecclesiam Romanam, esse
veram Ecclesiam.

Et sanè frustra es, dum Ecclesiae
V. ac N. T. nec non primitivæ Ec-
clesiæ oppugnatores in vicē exem-
pli accerfis, ut postea simili argu-
mento evincas, illos qui abomi-
nandum Ecclesiae Papanæ statum
convulserunt, poenâ haud dissimili
affectos fuisse.

Causæ non rarò aliæ occur-
runt, ratio longè alia impellit in-
terdum justissimum culpæ vindicæ,
ut morte funesta modò sinceros
modò fallaces Ecclesiae Doctores, ex
hac mortalitate tollat. Contrà no-
tam

tam
qua
la in
omni

E
ren
hac
exili

hydr
Tyr
inter

vator
quæ
lat. 3.

quò
Auto
docē

Ar
quid
Quid
theri
flatus

tam primam & tertiam peccas ;
quas supra *cap. 1.* ipse posuisti. *Nul-*
la in signo est universalitas , nec illud
omnium opinione comprobatum.

Et quid quæso per mortem hor-
rendam intelligis *Bellarmino* ? Si
hæc est mors horrenda , si quis in
exilio extrâ patriam , si paralyti &
hydrope obiit , si quis excoriatus à
Tyrannis vivus crematus & in bello
interfectus vitam clausit ; certè *Sal-*
vator noster horrendâ morte obiit ,
quæ maledicta *Deut. 21 (v. 23.) Ga-*
lat. 3. (13.) nominatur. Imò *Propheta*
quò mortis genere vitam finierint
Autor epist. ad Hebr. 11 (26.) te
docere poterit.

Annales *Ecclesiasticos* evolve , &
quid *Apostolis* obtigerit , dispice .
Quid ergò de horrendâ morte *Lu-*
theri blateras hoc argumento af-
flatus , si vel maximè martyrrium ,
B 3 quod

quod & jam moriturus exoptavit,
sustinuisset? Recollige mecum, quæ
supra ex *Majolo* recensuimus.

Placidissimè verò inter preces &
gemitus fiduciales animã exhala-
vit beatissimam *Lutherus*: adstan-
te Virorum *Illustriss.* *Amplissimo-*
rum & piissimorum coronã egregiã,
cui equidem fidem, quis est, qui nõ
malit habere, quàm istis scurrili-
bus calumniatoribus, qui in men-
dacio toties deprehensi sunt.

Qui integram historiam obitus
desiderat, inveniet eam accuratissi-
mè descriptam *Tom. 8. Jenens.*
sub finem.

Unum, antequam dicendi finem
faciam præterire nequeo: *Gretserum*
Jesuitam Ingolstadiensem Monachum
Ingolstadiensis telam pertextam
malle, quàm abruptam. Prodit enim
virulentum animum uti aliquoties
ita insi-

ita insigni mendacio Tom. 1. Defens.
Bellarmin. (col. 855. lit. B.) beatas
Lutheri manes onerans; *Ventri po-*
tens Lutherus adeò vorax bibaxq; fu-
it, ut ne ultimo quidem vitæ suæ die
à largo prandio & opiparâ cœnâ ab-
stineret; ut testantur epistolæ, quæ de
morte ejus vulgatæ sunt. Quæ verò
sunt illæ epistolæ Gretseri nugiven-
dule? cur ea non allegasti? exhi-
be, monstra paginam, lineam in
illo scripto quod nostrates edide-
runt!

Nam quod attinet impurissi-
mi *Monachi Surij* chartas menda-
ces, *Cochlæi* impudentissimi Acta
calumniosa, ea ita protrita & con-
cultata sunt, ut præterea actum
non agendum sit.

Annon ille qui ardentissimâ in-
vocatione Filii DEI ad mortis iter
se præparat; curam Ecclesiæ usque

ad extremum halitum non depo-
nit, spiritum suum Deo in ultimo
agone committit, beatè diem clau-
sisse dicendus est?

At scurrarum more in Pontifi-
cem Romanum lusit paulò ante
obitum, ut strenuè convitiatur
Maiolus, lautissimè epulatus.
Posterius mendacium Acta fide di-
gnissima satis retuderunt; *prius* q̄
attinet, zelo ardentissimo contra
Papam Antichristum, quem ad fi-
nem usq̄; tanquam suis, sed à DEO
perrectis, armis non tam occidit,
quàm internecioni dedit, infremu-
it. Bis sacrâ synaxi usus est intra dies
pauculos paulò antè obitum *Islebi*
in publica Ecclesiæ congregatione,
semel publicè à Ministrò Ecclesiæ à
peccatis absolutus: an hoc est Sa-
cramentorum oblivisci, *Majole*?

Tui

Tuioblitus fuisti, cum hæc effu-
tires. An ignoras sanctissimum vi-
rum *extremam unctionem*, quam vos
in Sacramentorum censum falsò
deputastis, etiam in extremâ horâ
unâ cum aliis corruptelis Papanis,
in extremis habuisse? Et quid? an
qui unum neglexerit, Sacramen-
ta neglexisse dicendus est? Temerè
pronuncias!

Pœnitentiæ signum requiris *Ma-
jole*? quale signum innuis? Intuere
& accuratius pellustra meditatio-
nes piissimas, ac vota ad CHRIS-
TUM Salvatorem calidissima unâ
cum extremò spiritu effusa!

Verùm hoc satis non erat: pro
CHRISTI Vicario, quem *Antichri-
stum* ipsissimum proclamârat, vota
facienda & maculæ indelebiles e-
luendæ fuissent. Egregium & illu-
stre pœnitentię signum q̄ postulas!

B 5

Uti

Uti vixit piè, DEI fulmina ma-
gis, quàm Papæ tonitrua curans;
ita piè placideque pausam vitæ suæ
fecit, *Die Concordiæ A. supra millesi-
mum quingentesimum quadragesimo
sexto.*

Resorbite verò *Papani* mendaciū
Italicū, quod de morte & sepulturâ
Lutheri, quæque ante & post hanc
horrêda accidisse finxistis, ipso ad-
huc vivô annô antegressô evomui-
stis! quæ ipse Vir DEI magnanimus
risit derisit, elisit: annon erubesci-
tis? Frontem detrivistis, falsa; falsis
cumulare non desistitis: protrita &
conculcata mendacia refoditis, spi-
ritum ac vitam illis insufflatis, vi-
gorem roburque suppeditatis;
quem finem scopumve hæc omnia
intendunt?

Patri mendaciorum obsequi-
mini, qui talia linguæ servilis mu-

nia,

ma-
ans ;
e suæ
illefi-
esimo
daciū
lturā
hanc
o ad-
mui-
imus
besci-
falsis
rita &
tis, spi-
is, vi-
tatis ;
omnia
sequi
lis mu-
nia ;

nia splēdido felicitatis breviuscu-
læ brabeiō compensat : discipulis
vestris hęc technā decipulam poni-
tis ; quā facilē calumniarum Au-
thor misellas animas capere possit :
Laicis, quos vocatis, nostratum li-
bris interdicitis, vestras verō calu-
mniarum thecas magno numero
illis obtruditis, ut tenella ætas,
quasi

— *arreptā in fomite flammā*
à primis unguiculis nomen *Lutheri*
diris profēqui ; auditores autem
vel libros Authoris non visos fa-
stidire discant. Compendiō rema-
agitis, *Papici*, sed manifestō veri-
tatis dispendiō.

Intereā parum fuit, *Auditores*, à
gentibus exteris ac remotioribus
famam falsiloquam disseminatam
fuisse, & vires eundō sibi acquisivif-
se. Atrocius est & longè majus quod

B 6

sugge-

suggeram vobis: illi, qui in medio
Germaniæ sinu degerunt, imò à
matre Germania enutriti sunt, qui
paucis milliariibus à patria *Herois*
nostri abfuere, ipsi Germani; qui
omnem Historiam à testibus non
tantum auritis, sed etiam oculatis
haurire, nec viris tam *Illustrib.* tam
piis, iisque *multis* fidem derogare
potuerunt: illi, inquam, menda-
ciorum vires sustentandò ac prola-
tandò, calumniarum flammam fo-
vendò & suscitandò, veritati vim
pestilem inferre, omnèq; Historiam
fide digniorem comburere ac pe-
nitus abolere annisi sunt. O tēpora
perdita! ô mores Germanorum in-
versosne dicam, an perversos?

Verùm quicquid nunc est, *Audi-*
tores, quocunque vestri animi at-
que sententiæ inclinant, vobis an-
te conclusionem orationis decer-
nen-

nen
Qu
aur
huic
ex J
Lut
ces
tis.
hoc
per
prie
rata
ubi
est: v
& ob
serpe
nen
rupi
Ju
mot
& str
patri
usq;

nendum, ante finem sermonis erit.
Quantum facinus *Papicorum* ad
aures vestras perlatum sit, videtis:
huic si paucos putatis ad fines esse
ex *Jesuitarum* gente, qui nomini
Lutberi integerrimo calumniæ fa-
ces subdiderunt, vehementer erra-
tis. Latius opinione grassatum est
hoc malum: manavit non tantum
per *Italiam*, quæ proculdubio, uti
prius ita hæc quoq; commemo-
rata egurgitavit: & per *Hispaniam*,
ubi liberam divagandi viam nactum
est: verum etiam transcendit *Alpes*,
& obscure ab initio serpentis more
serpens universam *Germaniam* ve-
nenò suo occupavit, aggeres per-
rupit, urbes obsedit.

Justa igitur indignatione com-
motus, istos virulentos clamores
& strepitus malefanos ex hac ipsa
patria nostra profligavi, & ad stygè
usq; amandavi.

B 7 Ad

Ad T E verò Pater misericordia-
rum nos convertimus, & devotif-
simum gloriæ hymnum pangimus.
Tuò brachiò & virtute per *Moyse*
populus Israelis ex *Ægyptò Pbarao-*
nis annò *ante* Filii tui *incarnationē*
1517. eductus fuit: annò *post* filii tui
incarnationem 1517. ministeriò ser-
vi tui LUTHERI ex Romana *Ægyptò*
populi barbari populus tuus do-
mus Jacob exire & cœlesti *Chanaan*
pedem propius admovere cœpit.
Tibi DEO nostro salus & laus &
gloria & virtus! Custodi ò CHRIS-
T E vineam tuam, quam dextra
tua plantavit, ne aper Latialis rictu
suo eandem devastet; melle & lai-
te Evangelii tui uti hætenus ita
imposterum nos ciba: arborem Ru-
tæ venenifugam, cujus rami benè
multi igne tentationis non ita pri-
dem (heu dolor!) tabescere visi
sunt.

sunt
defe

Æth

Nem

M
nita
ctis

sunt, ab omni aëris inclementia
defende:

*Solatia suffice Flamen
Ætheris, & rorem cœlestem deplue,*

Ruta,

*Nemarcescat hians, ac gratas auffo-
rat umbras.*

Magnificetur sacrosancta Triu-
nitas in organis suis & vasibus ele-
ctis seculis infinitis!

D I X I.



EPISTOLÆ

EPISTOLA
V. CL. PETRIMO-
SELLANI Professoris
olim in Academia Lipsi-
ensi celeberrimi,

ad

JULIUM PFLUGIUM
postea Episcopum Numbur-
gensem.

*Per scripta 8. Idus Decemb. A.
Messiae 1519.*

De Colloquio cum Johanne
Eccio, in arce Lipsica
habito.

In qua M. LUTHERUS
qua corporis qua animi dotes abs
homine Pap. velut in tabula
luculenter depingitur.



PETRUS MOSEL-
LANUS JULIO
Suo. S.

Nuper cum à Treviris me-
is, quò ex negotio quodam,
Principe benè favente, iter
confeceram in hanc tuam patriam me
reciperem, mali suspicans nihil, tan-
tam rerum omnium permutationem
offendi, ut subitantes adeò rerum
humanarum motus satis mirari non
possem.

Nam statim ut Erfurdiam in rede-
undo perveni, amici, quos illic habeo
multos & magnos, civilia, potius au-
tem familiaria Saxonum inter sese
bella narrabant. Tum literarias con-
flictas.

fluctationes Lipsiæ & Wittebergæ,
ex quo abiissem, famosæ illius disputa-
tionis occasione existentes ac sine fine
progredientes. Quarum & ipse pars
essem. Postremò, quæ extrema vide-
batur calamitas pestilentie undique
grassantis horrorem sic verbis atroci-
bus depingebant, & quasi ante oculos
statuebant, ut penè cum Virgiliano
Ænea obstupescerem, starentq; comæ
& vox faucibus hæreret.

Quanquàm autem boni viri me
non hortabantur modò, sed & condi-
tione optabili propositâ orabant, ut
illic apud se vel hyematurus tantùm
subsisterem, nec imbecillem hanc vale-
tudinem in casum & periculum dare:
malui tamen ad flammam accedere
potius, & incendiij vastitatem qualiv-
tatemq; coràm certius explorare. Itaq;
biduum tantùm, refovendis equis,
commoratus Numbergam ad Ky-
necki

nec
mul
exc
or, s
Hic
est
lesti
Rusi
turn
bilis
urn
mor
mur
vere
post
Lip
tui
rena
tun
ven
gas
si in

neckium nostrum contendo. A quo pro
multâ nostrâ amicitia humanissime
exceptus, de meis rebus nō nihil edoce-
or, simulq; te ab Italis reducem audio.
Hic in sūmis malis tanta mihi oborta
est letitia, ut fermè omnes animi mo-
lestias abstergeret. Non aliter atque
Rustici gaudere solent, si quando diu-
turno imbre madentibus, sol ille ama-
bilis nube discussa aureum illud ocu-
lum ostendit. Tametsi apud hunc, nec
mora nec requies. Quod hostis jam
muros haberet, & undiquaque appa-
reret plurima mortis inago. Quare
postridie quàm eò veneram mane
Lipsia ad sinistram relictâ: certissima
tui conveniendi spe ardens Pegam cō-
tendo. Atq; ibi in diversoriō forte for-
tunâ Marcum patris tui scribam in-
venio. Rogo domine sis an Misnæ a-
gas: Abessete Misnæ aiebat. Hic qua-
si in trivio constitutus quò me verte-
rem.

rem, dubitavi. Nam apud animum
meum statutū omnino erat Misnam,
quo Princeps Academiā transtulerat
concedere, quod propositum urgebat
eò magis, quod te tanto intervallo vi-
dere, & jucundissima tua consuetudi-
ne frui ardentius gestiebam. Sed uni-
versa rerum mearum supellex etiam
num reditum meum Lipsiæ expecta-
bat, ut sine libris Misnam frustra con-
cessurus essem, & nihilominus à Li-
psia adeunda pestis metu deterrerer.
Inter hæc fluctuanti demum ex vale-
tudinis meæ usu videbatur, rectè à te
Misnam contendere. At qui casu quo-
dam accidit, ut nobis jam accinctis &
equis ephippiatis, jaçtaretur inter
familiam Doct. Alexandrum de
Tzneymani, cui ego discedens rerum
mearum curam demandaveram, unà
cum fratre suo in unis ædibus propè
Martispyrgum agere. Sedi nomen
est

est S
ricæ
& a
licer
vers
duce
ram
nobis
vir
omn
mini
ac a
mitt
D
rè pr
terea
Ita o
tuo n
ingen
gov w
dare
ex in

est Rōhlin. Hic locus, studiosè sciscita-
ri cœpi, quantum à Pega tua abesset,
& an cum ejus diei luce eò pervenire
liceret. Cumque annuissent, per trans-
versos agros (neque enim via aliqua
ducebat eò) sub noctem, quò destina-
ram devenio. Hic totum penè triduum
nobis est extractum, dum videlicet
vir ille optimus & amicissimus, genus
omne humanitatis in nos exercet, &
minister in urbe sarcinas componit,
ac aurigas quibus debebendas com-
mittat, querit.

Dum sic movemus & parum matu-
rè promovemus, ecce nobis Julius in-
terea Misna relictâ è manibus effugit.
Ita omni spe frustratus, quam ex mu-
tuo nostro conspectu pariter & colloq̃o
ingentem conciperam, dejectus, δεύτε-
ρον πλῆν περιάξει & α. h. e. literas ad te
dare cogitavi. Eas jam adornatas tuæ
ex insperato oppresserunt. Quibus le-
gendis

gendis facile intellexi meam in hac re
felicitatem, non minus tibi quam &
mibi dolori fuisse. Tametsi mea pluris
intererat quam tua. Neq; n. tantum
de communibus rebus: sed peculiariter
etiam de vitæ meæ rationibus tecum
amantissimo mei homine communi-
cassẽ.

Imitabor ergo te, & quod coram
non licuit verbis, absens agam literis.
Nam quod Martini Theologi cau-
sam tanta Sophistarum emulatio-
ne in summam invidiam hinc adductam
attinet, cujus historiæ te imprimis cu-
pidum video, quanquam ita habet
mea sententia, ut eam, literis quan-
tum vis ob signandis, committere
parum sit tutum, ne tamen Julio
meo negare videar quidquam, pau-
cis totius tragœdiæ summam bonâ
cum fide representabo, sed heus tu
cave quenquam præterea spectato-
rem

rem admittas. Alioqui scito perso-
nā mihi in media actione casuram.

Principio satis constat, ut nullus re-
feram, quanta fuerit invidia Marti-
no suus conatus apud ōnes, & qui vel
Romanensium istorum impietatem
ignorant, vel eorum vitiis aluntur, &
qui totam aetatem in Sophisticis
triticis consumserunt. Quamquam
conclusionibus per totam Germa-
niam sparsis utring, sit pugnatum,
dum ille Philosophiam Aristoteli-
cam, quam solam, quamvis nun-
quam intellectam illi tenent, ex
Theologorum theatro explodit:
hi eam, ceu amasiam suam, mor-
dicus tenent, & quibus possunt ar-
mis tueri student, dolone an virtu-
te quis in hoste requirat?

Non n. soli Lipsenses nostri conclu-
siones suas Martinianis opposuerunt;
sed & Eccius in Bavaris Theologum
agens

*agens ἀεροβατῶν τε καὶ τὸν θεὸν ὡσπερ
Σωκράτης ὑπερφρονῶν, rei novitate
permoetus Episcopo Eistettensi co-
rollaria aliquot contra Martinum ex-
hibuit. Quod ubi Martinus per ami-
cos rescivisset mox Carolostadium
Wittebergensem Archidiaconum
per amicos in eum immisit, hominem
ad παλιωδίον cogere nisus.*

*Ille semel atque iterum respondit,
sed meo iudicio frigidius, quam ut do-
ctrinae alicujus eminentis fidem lectori
cordato facere videatur. Neq; enim
Eccius quam est lingua promptus
tam & calamus habet expeditum
δεῖν ὅ μὲν λαλεῖν, αἰδεινός ὅ δὲ
λέγειν.*

*Quare hoc genere pugnae victori-
am desperans, ad theatricum illum pu-
blice disceptationis congressum provo-
cat. Nimirum ἵππ ὅ εἰς πεδίον. Non
detreſtāt certamen Wittebergenses.*

Sic

*Sic
The
27.
con
Ecc
com
liter
Caro
part
infig
rum
& lu
pecul
Co
di st
bates
simul
quot
lum
Qua
rissim
erat*

Sic utrisque pugnandi fit copia, in
Theologorum nostrorum Φροντιστηρίω
27. Junii 1519. ad congregandum
condicta maturè utriq; advenerunt.
Eccius solus cum solo ministro, eoque
commodato Principi nostro Fucari
literis commendatus. Martinus ac
Carollstadius optimam Academiae suae
partem secum trahabant, inter quos
insignis erat Barnimus Pomerano-
rum Princeps, juvenis modestissimus,
& literarum amantissimus, & mihi
peculiariter favens.

Confluebant autem eventus viden-
di studio omnis ordinis homines Ab-
bates, Comites, Equites aurati docti
simul & indocti, ut ex tot auditoriis,
quot amplissima habet haec schola nul-
lum tanta multitudinis capax esset.
Qua in re Principis providentia cla-
rissima extitit. Is enim quod futurum
erat animo prospiciens capacissimum

G

illu

ὡς πρεσ
itate
si co-
um ex
r ami-
adium
onum
inem
ondit,
ut do-
lectori
enim
aptus
itum
de
tori-
m pu-
rovo-
Non
enses.
Sic

illud atrium quod est in arce in præ-
sentem usum destinatum apparari ius-
serat. Et quia, invito Episcopo Mer-
seburgense reclamantibus nostris, par-
tibus disputandi copiam fecerat, in-
se quoque omne procurandæ rei onus
sponte suscepit. Dat negotium Senatui,
ut pro hospitum dignitate, hospitia
procurent, & ne in re tanta quid tumul-
tus oboriatur in armis esse jubet. Cu-
rantur omnia rectè, præsertim cum
Principis nomine Pater tuus nõ solum
omnibus interesset, sed etiam præesset.

Jam dies condicta illuxerat, cum
mane hora, (ut hic numeramus)
Sexta in prosperiorem cœpti negotii
successum apud D. Thomæ Sacrum
omne genus Musicis adhibitis, ma-
gnificè peragebatur. Post Magnificam
plane instructâ pompâ, agminatim
in arcem festinarunt omnes. Verùm
ne turba omnis, citra delectum, irru-
eret,

ret, armatis aliquot, qui fores obsi-
debant, cautum erat.

Uti verò introgressi jam quisq; pro
suo ordine sedem ceperat, miser ho-
muncio, non nihil adhuc febricitans
per posti cū intromissus suggestum a-
scendo, Principis nomine & summā
omnium expectatione dicturus. Terre-
bat me primū, fateor, tantus tanto-
torum hominum confessus, tanta om-
nium expectatio, tanta tanti Principis
persona, cui gerendæ ut par futurus es-
sem, verebar. Dixi tamē si non magna
cum laude: ita tamē, ut cū optimis qui-
busq; & Princeps ipse boni consuleret.

Ubi jam per oratum esset, & jam
omnes finem cuperent: (effluxerant n.
duæ penè clepsydre) Musici aliquot meo
consilio adornati itidē per posticum in-
troducti, Canticum illud, cujus initi-
um est. Veni sancte Spiritus, suavif-
simo concentu modulabantur, Audito-
ribus omnibus in genua venerabundē
procumbentibus.

C 2

His

His quasi *περὶ πρῶτου* ante me-
ridiano tempore cōsumto, in pran-
dium discessum est, & per præconem
totum auditorium à prandio redire
iussum. Rediere omnes expectabundi.
Caroloftadius atq; Eccius uterque
pro se ex more veniam præfati in
barenam descendere.

Inter hos certatum est de libero
arbitrio, videlicet ut illud se haberet
erga opus hominis salutare. Nam Ca-
rolstadius obtinere studebat: Quic-
quid in dictis ac factis hominis saluta-
re esset, totum Deo, ceu soli bonorum
omnium fonti deberi. Porro hominis
voluntatem suo consensu nihil bonitatis
addere, sed tantum cœlestis gratiæ
influxum excipere. Breviter, Deum
esse fabrum, nostrum arbitrium mal-
icum, quo ille nostram salutem fabri-
cet. Cui sententiæ haudquaquam ab-
surde, (si quid in his ipse intelligo
corum

totū penē triduum ab Eccio reclama-
tum est, opus meritorium (sic n. vo-
care solebat) partim gratiæ, partim
hominis volūtati tribuente. Huc tan-
dem res devolvebatur, ut Eccius daret,
totum opus bonum esse à Deo, sed non
totaliter *μαρτὰ χάριεν θεάου πηλό-
ρον τῷ ἀπὸ συζύγων λόγῳ*. Quam di-
stinctiunculam non tantum in præsens
eludit Carolstadius: sed & postea
longissima epistola in vulgus edita fri-
gidissimum commentum confutavit.
Qui labor quam aliis probetur nescio,
mibi certè quod ad causam attinet
abundè fecit satis.

Succesit Carolstadio, Martinus
sustentaturus hoc: Romanam Eccle-
siam ejusque Episcopum cæteris
superiorem probari tantum ex De-
cretis contra, quæ staret & Scriptu-
ra & Nicenii concilii autoritas.

Quam sententiam ut everteret Ec-
cius

9, cius, nihil non tentavit, hucq; omnes
,, ingenij sui machinas admovit, &
,, dies continuos octo impendit obiter
,, illud potissimum studens, ut plerisque
,, Bojemicae factionis articulis obje-
,, ctis hominem in majorem invidi-
,, am adduceret. Quas insidias statim
intelligens Martinus graviter, & ve-
lut spiritu quodam infremuit, huc se
παρεγγως insidiosè trahi.

Porro objecta dogmata partim
magna cum indignatione rejecit, par-
tim etiam, ut Christiana amplecteba-
tur nisus ubiq; vel scripturę libera-
tissimis testimoniis vel veterũ Con-
ciliorum decretis. In summa, nihil
tam studuit quàm Bojemici dissidij per
se approbandi suspicionem procul à se
amovere. Rursus Eccius in hoc erat
totus, ut hanc de Martino opinionem
omnibus ingereret, ipso Martino
quantumvis reclamante. His & id ge-
nus aliis de statu animarum in pur-

gato
cōdo
sum
lus,
Ma
Fra
Com
esse.
spiti
erat
I
Etio
Ecc
qui
nego
de à
nuer
Wit
,,
,, ec
,, j
,, in
stior

gatorio degentium, de pœnitentia, de
cōdonationibus & c. xx. penè dies con-
sumebantur: nec dum finis fuisset ul-
lus, nisi nunciatum esset Joachimum
Marchionem Brandenburgensem,
Francofurdia à principum Electorum
Comitiis redeuntem in propinquo ad-
esse. Ei enim Principis nostri jussu ho-
spitium Lipsiæ in arce adornandum
erat.

Itaq; sic est discessum, ut utraq; fa-
ctio victoriæ palmam sibi vendicaret.
Eccius enim triumphat apud omnes,
qui velut ὄνοι λίγας ἀκροαταὶ totum
negotium non intelligunt, vel jam in-
de à pueris in Petro Hispano conse-
nuerunt, vel qui alia aliqua ex causa
Wittebergensibus male volunt.

» Martini ac Carolstadii victoria
» eò minus est celebris, quò docti &
» judicio præditi sunt pauciores, &
» in suis rebus deprædicandis mode-
» stiores.

C 4

Habes:

Habes fabulam breviter & quasi
saltuatim, multis parū ad causæ statū
faventib- in medio relictis, à me tibi de
scriptam. Sed quid non plausum etiam
attollis? ineptus fortasse tibi videor
ὑποκριτὴς, aut nec dum satur plura ex-
pectas. Explebo ergo te, vel ad fasti-
dium usq; his epulis, & belli hujus du-
ces, tibi quasi in tabula depictos
ostendam.

Martinus statura est mediocri, cor-
pore macilento, curis pariter, & stu-
diis exhausto, sic ut propius intuenti
omnia penè ossa liceat dinumerare, æ-
tate virili adhuc & integra, voce acu-
ta & clara. Doctrina verò & scriptu-
ræ cognitio admirabilis in eo, ad-
eò, ut omnia penè in numerato ha-
beat. Græcè & Hebraicè hætenus
didicit, ut de interpretationibus
judicium facere possit. Nec deest di-
cendi materia, suppetit enim rerum
& ver-

quasi
e statu
tibi de
etiam
videor
ura ex
fasti-
ius du-
pictos

Et verborum sylvā ingens. Porro in
ipsa vita & moribus civilis & facilis
nihil Stoicum nihil superciliosum pra
se fert, immo omnium horarum homi-
nem agit. In congressibus festivus, ju-
cundus, alacris & securus ubique
semper leta facie florens, quantum-
vis atrocitas comminentur Adversarij,
ut haud facile credas, hominem tam
ardua sine numine Divum moliri.

ri, cor-
& stu-
tuenti
re, &
ce acu-
riptu-
o, ad-
to ha-
tenuis
nibus
leest di-
rerum
& ver-

Sed, quod ei vitio dant plerique
omnes, in reprehendendo impudentior
paulo, & mordacior, quam vel tutura
sit τῶ τὰ θεῶν καὶ νοτομῶν τι vel decorum
homini Theologo. Quod vitium haud
scio, annon cum omnibus ὀψιμαθεῖσι
habeat commune. Haec pleraq; omnia
in Carolstadio paulo minora depre-
bendas. Nisi quod huic statura est bre-
vior, facies autem nigricans & adu-
sta: Vox obscura & inamœna, memo-
ria infirmior, & ad iracundiam
promptior. C S Jam

Jam Eccio status est procerus, corpus solidum & quadratum, vox plena & planè Germanica, lateribus fortissimis subnixa, ut non tragœdis tantum, sed & præconibus sufficere possit: aspera tamen magis quàm expressa. Tantum abest, ut nativam illam Romani oris suavitatem Fabio ac Cicero ni tantoperè laudatam referat: Os & oculi, totus denique vultus sunt ejusmodi, ut hinc certè quemvis lanium, aut Carem militem citius quàm Theologum possis agnoscere.

Quod ad ingenium attinet, memoria pollet insigni, quæ si in parem incidisset intellectum, jam omnibus numeris naturæ opus fuisset absolutum. Deest homini intelligendi prompta vis, deest judicandi acumen, sine quo ceteræ dotes omnes frustra contingunt. Atque hæc causa est, quod dum disputat tot argumenta, tot Scripturæ testimonia,

stimonia, tot Auctorum dicta citra
ullum omnino delectum congerit, inte-
rim non advertens, quam plerumque sine
frigida, quam suis locis recte intelle-
cta ad presens nihil faciant quam de-
nique sint vel ἀπὸ κενου φῶς vel sophistica.
Hoc enim tantum curat, ut copiosam
farraginem spargens Auditoribus
magna ex parte stupidis fucum faciat,
& victoriae opinionem de se præ-
beat.

Adde his incredibilem audaciam
quam admirabili tegit vafricie. E-
tenim si quando per hanc in Adver-
sarij laqueos incidisse se sentit, di-
sputationem paulatim aliò deflectit.
Nonnunquam verò & adversarii sen-
tentiam aliis verbis conceptam pro
sua amplectens, absurdam suam in
Adversarium mirabili calliditate de-
torquet, ut quemvis Socratem vince-
re videri posset, Nisi quod ille τὸ εἰρω-
νέυοντα

νευεθα professus, nihil decernebat:
hic Peripateticam sciendi fiduciam
professus τὴν πωροαστικὴν exprimit.

En tibi bona fide Apellem, si
non quàm fuit ille, artificem, sedu-
lum tamen & industrium. Jam verò
animus erat, & de meis rebus ad te
perscribere, sed quia vel hæc epistolæ
modum excedunt, & Decanus tuus
major est, quàm ut plurimis chartis
sit onerandus, finem faciam, pauca-
ta prius aliena si adjecero.

Non credis quam penè omnes, ex
quo huc concessimus in Martinum mi-
tiores redditi sint. In primis ὁ γεαυ-
ματοφός &, tantum abest, ut in eum
quicquam scribat. Quid enim scri-
beret γέγων πάλμπαις. Doctor Ga-
intz tuus de hoc negotio rectè sentit.
Doctor Gabelentz, item Henricus
Monachus, Doctor Germestorff,
Joannes de Maltitz homo optimus:

tuis

zui similitimus. Cum reliquis non mul-
tum mihi nec rei est nec spei.

At verò Episcopus Trevirensis,
cui Martini causa à Pontifice est com-
missa, homini non admodum vult ma-
lè, id quod ex mutuo Colloquio, cum
nuper in patria ad prandium ab eo
vocatus essem, didici. Hic Heros pru-
dentissimus est, & animi planè magni,
ut Romanenses istos nihil moretur.

Franciscus de Sickigen, ille ma-
gnus in Germania Ductor Hochstra-
dū ac suos sodales graviter urget, quò
Capnioni noster rei familiaris jactu-
ram quam propter eos facit, intra
statum tempus resarciant. Alioquin
se eos pariter & Coloniensem Rem-
publicam afflieturum. Devoluti enim
sunt hostes Reuchlini in expensarum
condemnationem, ut vocant.

Ulricus Huttenus Principis suis
sumptibus Moguntiaë trium lingua-

rum scholam adornat. Vides, quàm
paucis annis tota Germania literas
cœperit amplecti.

Et in hac laude Friderico Principi
Electori primæ debentur. Is jam in-
gentibus præmiis Matthæum Ha-
drianum Hebræum nostræ memorie
doctissimum suæ professionis medicum
è Lovanio Wittebergam accersit.
Quod Gymnasium velimus, nolimus
Lipsiæ in perniciem supra quàm credi
posset acrescit, usque adeò, ut me Li-
psensium pœniteret, nisi spes quædam
in te tuisq; similibus juvenibus melio-
rum temporum ostenderetur.

Paravit me in Treviris detinere nu-
per Princeps meus. Idem Erfurdien-
ses aliquoties sunt conati. Nec Mo-
guntia excipere nos dedignatur. Quid
tu nobis suadeas nescio. Ipse hoc ani-
mo sum, ut non libenter, hirundinum
ritu, migrem ac remigrem. Et Ita-
lia

lia certè tituli Doctorei coëmendi causa omnino est adeunda. Cui rei annum destinavi unum aut alterum non amplius. Sed consilia in hac re ræa ad te aliàs per ocium scribam. Princeps mihi faventior reddi videtur, item pater tuus, cæteri q³ Magnates. In primis me fovet nunc exulem Reverendus Pater Martinus Abbas Cellësis, è cujus aedibus, quas Misne habet, hæc ad te scribo.

